



D. Virginis Oetinganæ Historia

Irsing, Jakob

Monachii, 1643

Serenissimæ Principi Ac Dominæ, Dominæ Mariæ Annæ Vtrivsqve
Bavariæ Dvci, Et Electrici, Natæ Principi Regnorvm Vngariæ Bohemiæ,
Nec Non Archidvci Avstriæ, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64940)

06)?(o)?(90

SERENISSIMÆ PRIN-
CIPĪ AC DOMINÆ,
DOMINÆ

MARIÆ
ANNAE

VTRIVSQUE BAVA-
RIÆ DVCI, ET ELECTRI-
CI, NATÆ PRINCIPĪ REGNO-
RVM VNGARIÆ ET BOHEMIÆ,
NEC NON ARCHIDVCI
AVSTRIÆ, &c.



T Oetinganæ Vir-
ginis historiam tu-
telæ gratiæque V.
Ser.^{tis} offeram, ipsa
mihi causa est, &
impulsio historia Oetinga-
na. Cùm enim in eâ studi-
um, quo maiores V. Ser.^{tis} pa-
terni iuxtà, maternique fan-
gui-

EPISTOLA

guinis, sacratissimi loci cultum, venerationemque complexi sunt: cum felicitis coniugij societatem: cum ipsam V. S. separatim considero; omnia vt eius in clientelam opusculum hoc meum conferam, hortantur. Paternum genus, magnæ Domus Austriacæ Principes, optimo iure in primis nostræ Diuæ cultoribus numerantur. Augustissimus genitor Ferdinandus II. Imperator, cum Eleonorâ coniuge Augustissimâ, quam veræ matris erga V. S. gerere animum nouimus: frater, nomine & Imperio paterno insignis, Ferdinandus III. frater alter, animi magnitudine, bel-

DEDICATORIA.

ne, bellicáque virtute clarus, Archidux Leopoldus; nō adire tantūm supplicésque venerari nostram Virginem; sed monumentis, regiā munificentiā dignis, exornare atque locupletare voluerunt. In Leopoldo Archiduce, parentis Augustissimi fratre, singulare semper aditandæ, muneribúsque colendæ studium eluxit. Omitto Matthiam Imperatorem, torique consortem Mariam Austriacam: eius fratrem, Maximilianum Archiducem: sorores, Mariam Cristiernam, & Eleonoram, aliósque nominis Austriaci Principes, quorum liberalitatem, pietatémq; præ-
A 4 clara

EPISTOLA

clara dona, vindicésq; memorie littere fatis efficiunt testatā.

In materno genere, inclytā Boiorum Principum Domo, tot fermè eximios Diuæ nostræ cultores, quot Principes, sexu ab utroque, inuenimus. Mater Ser. V.^o MARIA ANNA, Græcium proficiscens, Oettingam deuertit, vt pactum cum Ferdinando, parente piissimo, matrimoniū, Deiparæ auspiciis iniret. Eius dono sacerdos & ara ad D. Mariæ Magdalenaë, veste pretiosā visuntur ornata.

Signa gemmatā, aurea, argentea: vestes gemmis, vniouibus, aureo argenteoq; textu diuites magnam partem dona

na

DEDICATORIA.

na sunt Principum sanguinis
materni. In quibus non dona
tantum, sed etiam opera V.
Ser.^{ti} insignia monstrantur.

Verum singularis quædam
ratio ac via, præter communes
cum aliis, ad V. S. non ducit
modò, sed etiam trahit atque
impellit.

Est ea Oetingana Societa-
tis nostræ, Tertie, vt vocamus,
Probationis Domus: quæ
eum adhuc nullius, ex more
Societatis, domicilii certi au-
thoritatem obtinuisset, inco-
larumq; paucitate laborasset;
sic liberalitate, gratiâque V. S.
constituta est atq; fundata, v-
ti & certæ sedis nomen habe-
at; & auctum, ad iusti Collegii

A s mo-

EPISTOLA

modum, sociorum numerum
 contineat. Cuius beneficij
 fructum Societas in primis
 nostra percipit, cui amplissi-
 mus inde sui obeundi mune-
 ris patet campus: percipit &
 ingens hominū id loci reme-
 dia salutis inuenientiū multi-
 tudo; quæ plurimū sanatis
 mentibus, quàm corporibus
 lætior discedit. Nec dubium
 est, quin magna emolumen-
 torum pars eò sit reditura,
 vnde principium profectum,
 hoc est, ad Ser. V. Cuius gra-
 tiæ & opusculum hoc meum,
 & Oetinganam Domum sub-
 misè commendo, precórq;,
 vt, sicuti studiosissimam se
 Mariani cultus prouehendi,
 com-

○ DEDICATORIA.

compluribus argumentis ostendit; ita vicissim cum Serenissimo coniuge, liberisque lectissimis, huius, & quondam æternæ felicitate vitæ, precibus Oetinganæ Diuæ, Diuinam gratiam conciliantibus, donetur. Monachii Boiorum, vi. Idus Decemb. Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ die, Anno Christi M. DC. XLIII.

Vestra Serenitati

Deuotissimus

Jacobus Irsing
Societatis JESV.